



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De scholasticæ Theologiæ Vanitate, qua superioris
ætatis homines, doctrinam & religionem suam
tueba[n]tur, Liber, in locos communes digestus. Omnibus
ueræ ac solidæ pietatis studiosis in primis ...**

Sarcerius, Erasmus

Francoforti, 1541

VD16 S 1775

De Theologia et Philosophia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29838

cūt est caro Christi, crux Christi &c. Vnde sci-
endum est, quōd ligno ueræ crucis Christi, in
quo pependit, debetur hyperdulia, etiam si non
sit figuratum, ut signum crucifixi, quia instru-
mentum fuit nostræ redemptionis.

Imaginibus eadem debetur reuerentia, quæ
debetur illis, quorum sunt imagines.

Cultus Dei consistit in recipiendo diuina, &
in tradendo ea alijs.

~~Cultus diuinus triplex est, secundum tripli-~~
cem statum, scilicet, uetæris legis, legis nouæ et
secundum statum gloriæ.

Cultus Dei dicitur religio, pietas, latria, &
seruitium.

DE THEOLOGIA ET Philosophia.

Theologia sine philosophia nihil potest.

Vbi definit philosophus, ibi incipit theologus.

Aristotelis ethica optima est theologiæ amica.

Sine Aristotele non fit theologus.

~~Theologus nō logicus est nō strosus hereticus.~~

Est & logica fidei, suppositio mediata extra
terminum & numerum.

Forma syllogistica tenet in terminis diuinis.

Aristoteles ad theologiam lux est.

Malum esset Ecclesiæ, si Porphyrius non fu-
isset notus theologis cum suis uniuersalibus.

Non

DOCTRINA SCHOLAST.

Non est impium, ad explicationem sacrarū literarum abdita, Aristotele ceu parente uti.

Spiritus sanctus misit ancillas suas, hoc est, rationalem philosophiam, Physicam, & Ethicam, ut seruirent ueræ explicationi scripturæ sacræ.

Paulus poëtas testes adduxit, item alij sancti Patres: ergo non solum philosophia, sed etiam poëtica facit ad explicationem sacrarum literarum.

Theologia uno modo idem est, quod fides infusa. Alio modo includit theologia fidem acquiritam, & aliquos habitus adhæsiuos euidentes, tam propositionum, quàm conclusionum, Platonici & sunt theologi, & philosophi.

Theologia quando non innititur fidei, est scientia.

Theologia mystica & speculatiua differunt: speculatiua est in potentia effectiua, cuius obiectum est uerum: mystica reponitur in potentia affectiua, cui pro obiecto bonum assignamus.

In hoc conueniunt theologia mystica & speculatiua, quia utraq; est in superiori parte animæ, & non in solo sensu, uel imaginatione, nec in ratione sola.

Verba Apostolorum & Prophetarum non possunt intelligi sine affectu seu mente scriptorum interpretantium ea.

Theologiam mysticam quilibet fidelis habere potest, speculatiuam non itidem.

The

DE THEOLOGIA. 215

Theologia magis est dicenda practica, quam
speculatiua.

Contemplatiua theologia dicitur, quando
elicit actum contemplationis.

Differunt quoque theologia, & theurgia. The-
ologia arctatur ad uetus Testamentum: Theur-
gia ad nouum.

Theologia est scientia acquisita per studia,
& laborem, & per motum intellectus.

Theologia est scientia practica, magis tamē
speculatiua.

Theologia est scientia argumentatiua. Et ma-
ximē proprium eius est arguere ex autoritate
sacrae scripturae, proprie & ex necessitate: alio-
rum uerō sanctorum probabiliter, philosopho-
rum autem quasi extraneē, rationibus uerō na-
turalis rationis ad aliquam manifestationem.

Ens diuinum reuelabile est subiectum theolo-
giae.

Finis theologiae ultimus est contemplatio
primae ueritatis in patria.

DE PAUVERTATE EV- angelica, statu perfectionis, seu de religione.

Paupertas Euangelica est, non habere pro-
pria &c.

Eu-